Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nationē attulit michi. Et
comedi ex omnibus pulcē
tu venires benedixiq; ei: et erit
benedictus. Audiens esau ser
monibus patris: errugiit cla
more magno et consternatus
ait. Benedic etiā et michi pa
tri. Qui ait. Venit germa
nus tuus fraudulenter: et ac
cepit benedictionē tuā. At ille
subiunxit. Iuste vocatū est
nomen eius iacob: supplan
tauit enim me en altera vice.
Primogenita mea ānt tulit:
et nunc secō surripuit bene
dictionē meā. Rursūq; ad
patrē. Nūq; non reseruasti
aut et michi benedictionē. Re
dit ysaac. Dōm tuū illū con
stitui. et omnes fres eius seru
tuti illius subiugaui: fru
mento et vino stabilivi eū.
et tibi post hec fili mi vltra
quid faciā. Cui esau ait. Nū
quid tantū benedictio
nē hes pr mi. Oremichi quoq;
obsecro ut benedicas. Cūq; eu
latu magno fleret: motus
ysaac dixit ad eū. In ping
uedine terre et in rore celi de
sup erit benedictio tua. ℟.
Bonum est confiteri dno et psallere
nomini tuo altissime. ℣. Ad annun
tiandum mane misericordiam tuā et veritā
tem tuā per noctē. ℣. Iucundum.

In illo tpe. Dixit ihs
parabolam hanc. Homo qdam
habuit duos filios: et
dixit adolescentior ex illis pri
pater: da michi porcionem
substancie: que me contingit.
Et diuisit illis substanciam.
Et non post multos dies con
gregatis omnibus adolescen
tior filius peregre profectus est
in regionem longinquam: et ibi
dissipauit substanciam suam viuen
do luxuriose. Et postquam oia
consumasset: facta est fames
valida in regione illa. et ipe
cepit egere. Et abiit et adhe
sit cui ciui regionis illius:
et misit illum in villam suam vt
pasceret porcos. Et cupiebat
implere ventrem suum de siliquis
quas porci manducabant:
et nemo illi dabat. In se autem
reversus dixit. Quanti
mercenarii in domo patris
mei habundant panibus:
ego autem hic fame pereo. Surgam
et ibo ad patrem meum:
et dicam ei. Pr: peccauī in ce
lum et coram te: et iam non sum
dignus vocari filius tuus:
fac me sicut vnum de mercenia
ris tuis. Et surgens: venit
ad patrem suum. Cum autem adhuc
longe esset: vidit illum pater
ipsius: et misericordia motus e. Et